

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Urkunden und Akten der Stadt Strassburg**

Nachträge und Berichtigungen zu Bd. 1 - 3. Register zu Bd. 2, 3 und 4,1

**Schulte, Aloys**

**Straßburg, 1898**

1264 - 1265

[urn:nbn:de:bsz:31-326727](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326727)

quod in civitate vel diocesi Argentinensi vacat, necnon eum in canonicum recipi facere possit. «tuam prosequimur honore.» datum apud Urbemveterem 2 kalendas maji anno tertio. 1264 April 30 Orciato.

V aus Reg. Vat. tom. 29 fol. 310.

5 244. Urbanus IV papa . . majoris et . . sancti Salvatoris ecclesiarum decanis Metensium intuitu J[ordani] sanctorum Cosme et Damiani diaconi cardinalis supplicantis mandat, quatinus Ymerum presbiterum sancti Gorgonij Metensem, qui a Berwardo canonico ecclesie sancti Petri Argentinensis constitutus procurator suus ad colligendum redditus et recipiendam pecunie summam quandam, in qua abbas Mauri-  
10 monasterii tenebatur eidem, receperit septingentas libras Turonensium nomine canonici, eidem tamen rationem reddere denegaverit, moneant, ut infra octo dies post monitionem eidem canonico de predicta summa rationem reddat. «sua nobis dilectus.» datum apud Urbemveterem 4 kalendas septembris anno tertio. 1264 August  
29 Orciato.

13 V aus Reg. Vat. tom. 29 fol. 332.

245. Eberhard von Entringen, Archidiacon der Straßburger Kirche, verfügt über die Verwaltung der Kapelle seines Hofes. 1265 April 23.

Ad tollendum ambiguitatis discrimen, quod progressu temporis posset inundare super dote patronatus jure et dispositionibus meis capelle, quam ego Eberhardus de  
20 Entringen archidiaconus Argentinensis in curia mea fundavi et construxi, voluntatem meam presentibus litteris perpetuo valituris inseri feci ipsamque ad noticiam omnium in forma subscripta cupio pervenire. notum sit igitur presentium inspecto-ribus universis, quod ego Eberhardus predictus volo ordino et dispono, ut ad pre-  
dictam cappellam ratione dotis pertineant bona, que emi in bannis villarum de  
25 Trutersheim Frakenheim et Utenheim, annis singulis 42 quartalia siliginis et ordeï, novem solidos et novem capones nunc exsolventia, et hos redditus absque diminu-  
tione sacerdos institutus in ea percipere debeat annuatim ita, ut ex eis in luminari noctis et candelis eidem capelle provideat necessariis in altari, ratione etiam pre-  
dicte capelle idem sacerdos decano ecclesie Argentinensis sit subjectus et choro  
30 astrictus beate virginis omnibus horis canonicis et consuetis. missam vero, quam singulis diebus celebrare tenetur in predicta capella, perficiet ante primam. ipse etiam sacerdos communi consensu totius capituli Argentinensis accedente refectionem in refectorio, distributiones in choro percipiet cum aliis ejusdem chori prebendariis de novo institutis. volo etiam, ut de predictis 42 quartalium redditibus superius  
35 nominatis singulis annis infra assumptionem et nativitatem beate virginis sex quartalia mansurnalis bladi ab ipsius capelle sacerdote pistori ecclesie Argentinensis perpetuo presententur, de quibus idem pistor predicto sacerdoti singulis diebus unum cuneum ministrabit. item dispono et volo, ut jus patronatus sive institutio sacerdotis

Aug. 15  
Sept. 8